1532. die 22. Febr.

Sigismundus Primus Rex Poloniae.

Antonio Cardinali Pistor. Summo Poenitentiario

Rme in Christo Pater et Domine Amice Honoratissime ac Honorande. 36

Redditae sunt Nobis literae Dnis Vrae Rmae quibus simul et de sua ad Cardinalatus dignitatem provectione Nos facit certiores, et quo studio quaque observantia nos prosequi, velit declarat.

Quae utraque res cum sit Nobis gratissima Dominationi Vrae Rmae in primis de assecutis amplissimis honoribus gratulamur deinde illi pro tam amantis suae voluntatis, et propensionis erga Nos significatione non vulgares, agimus gratias vicissim illi id de Nra benevolentia pollicentes, quod nihil sit nobis tam difficile futurum quod non libenter ad Commodum, et dignitatem illius augendam, praestaremus modo illa exemplo Patrui sui desideratissimi amici Nostri Nobis Regnoque Nostro favore operaque sua deesse nolit.

Quamquam vero et nunc quaedam curari et impetrari a Sanctissimo Domino Nro pro ordinariis

Regni

Regni Nostri et alius subditis cupiamus postulamus, a Vestra Rma Dominatione, Patrocinia vi in his Nobis apud Sanctitatem suam, velit, et simul efficere ut Sanctitas sua petitionis Nrae rationem habere dignetur; de his autem quae agenda erant singulatim, Dominationem Vram Rmam Venerabilis Stanislaus, Grzegorzeo Penitenciarius minor, utriusq juris Doctor, et sollicitator Noster edocebit.

In quo rem gratam Nobis praestabit Dominatio Vra Rma, quam illi Nos vicissim, omni studio et gratificatione Nostra referre per occasionem curabimus

Dominus Deus servet Dominationem Vram Rmam diu sanam et semper felicem

Datum Cracoviae, d 22. Februarii Anno Domini 1332. Regni Nostri 26.